DE

PYAEMIA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS,
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI
MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA
GRYPHICA
PRO SUMMIS
IN MEDICINA, CHIRURGIA, ARTE OBSTETRICIA
HONORIBUS
RITE IMPETRANDIS
DIE III. MENSIS DECEMBR. ANNI MDCCCL
PUBLICE DEFENDET

SCRIPTOR
ANTONIUS CAROL. WICHER,
SILESIUS.

OPPONENTIBUS:
R. DE ROLF, DR. MED.
A. FISCHER, CAND. MED.
H. DEUTZ, STUD. MED.

GRYPHIAE,
TYPIS FRIDERICI HACHE.

ERNESTO SCHMUDE,

VERBI DIVINI MINISTRO,

AMICO DILECTISSIMO,

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VULT

SCRIPTOR.

Litteratura.

A. Nélaton, Elémens de Pathologie chirurgicale. Paris 1844.
B. Beck, die Schusswunden. 1850.
C. Canstatt, spezielle Pathologie u. Therapie. Erlangen 1843.
A. Wernher, Handbuch der allgemeinen und speziellen Chirurgie. Giessen 1846.
F. Berndt, Ueber Wöchnerinnenkrankheiten.
C. Thiersch, Pathologisch-Anatomische Beobachtungen nebst kritischen Bemerkungen über die Pyämie.
I. Hunter, medic. Commentar. 3. Th. 465.
Richter's chirurgische Bibliothek.
Frank, Epitome de cur. homin. morb. Lib. 1. §. 118.
Reil, Fieberlehre. Bd. 2.
Cline, Abhandlung der Londoner Gesellschaft u. s. w. Braunschweig 1799.
Hodgson, on the Diseases of Arteries and Veins. London 1815.
Longret, Dissertat. sur l'inflammation de veines, im Journal de Médecine par Leroux etc. Paris 1815.
Kreysig, Krankheiten des Herzens.
Cruveilhier, in Nouv. Bibl. med. 826. Mai; im Universal-lexicon etc. Bd. XI.; Anat. Pathol. Par. 833. Liv. IV, VII, XIII, XXVII.
Velpau, in Rev. Med. 826. u. 827. Arch. gen.; — de la phlébite et de l'erysipel phlegmoneux etc. P. 829.

Gendrin in Revue med. 826. April et Mai et in Anat. Beschreibung der Entzündung etc. Lpz. 828. T. II.
Dance im Arch. gén. 828. Dec. 829. Jan. et Febr.
Arnott, in Lond. med. chir. Transact. 829. Vol. XV.
Dance u. Arnott, Ueber Venenentzündung u. deren Folgen, übersetzt von G. Himly. Jena 830.
Naumann, Hdb. der medizinischen Klinik. Bd. II.
Canstatt in v. Graefe u. v. Walther's Journ. Bd. XXIX.
Raciborsky, Histoire de systéme veineux.
Sedillot, de la phlebite traumatique. Paris 1834.
Tessier, l'Experience t. 1—2. Archiv. de méd. t. 3.
Engel, über Eitergährung des Blutes. Wiener Jahrbücher 1842.
Lebert, Physiologie pathologique t. I. pag. 271.
Rokitansky, Pathologische Anatomie Bd. I. u. II.

PRAEFATIO.

De pyaemia dissertationem componere suscepi, non quod, quae de ea referam, maiorem eius morbi cognitionem praeberent aut opiniones veterum priorumque virorum doctorum corrigerent, sed quod, quum ad summos medicinae honores assequendos dissertatio scribatur necesse sit, in nosocomio nostro chirurgico casus mihi oblatus erat, in quo observationes instituere mihi ipsi licebat.

Priusquam vero morbi historiam et, quae in cadaveris sectione inventa sunt, referam, de pyaemia ipsa nonnulla praemittenda mihi esse videntur.

Pyaemia. Febris pyaemica. Febris intermittens perniciosa.

Eiterresorption. Resorptionsfieber. Blutvergiftung.

Perlegenti mihi varia de pyaemia scripta hoc unum constare videtur ipsam non esse morbum primarium, imo omnes fere scriptores in eo consentiunt esse morbum secundarium. Quae quum ita sint, haud ineptum erit mentionem facere omnium morborum, quos sequi pyaemia solet. Illis igitur morbis adnumerantur omnes fere suppurationes et quidem imprimis phlebitis in variis corporis partibus primaria, in suppurationem transacta, tum phlebitis ex laesione continuationis corporis partium, e. g. in omnibus operationibus chirurgicis, in puerperio, ubi interna uteri superficies magnum quasi praebet vulnus; in variis phthiseos generibus, in omnibus fere inflammationibus, quae in suppurationis stadium jam transierant; in typho, in morbis carcinomatosis, in aliis. Enumeratis jam morbis, qui antecedunt pyaemiam, nunc de ipsis huius morbi symptomatibus mihi dicendum erit.

Symtomatologia.

Pyaemia initium semper ab impetu quodam frigoris capit, qui mox apparet levis horripilatio, mox vehemens in totum corpus sese effundens. Hic impetus aut eodem

die aut diebus proximis iteratur, quamvis de eius vehementia et de spatiis, quibus redit, certi quid referre non possimus. Raro vero impetus illi tam normali ratione redeunt, ut cum febri intermittente commutari possint. Porro hoc frigus vulgo stadium caloris non sequitur neque turgoris neque calidi sudoris, imo cutis cum frigore ipso collabitur, flavescens, livida fit et caerulea atque contegitur sudoribus profusis et frigidis. Nonnumquam in nonnullis locis existunt caeruleae maculae, ecchymoses, nasus et labia livido colore teguntur, quasi in gangraenam transirent. Coniunctiva quoque commuatur; initio enim flavescens, colore carens, serius vero saepissime icterica. Sudores tam frequentes vehemen-esque sunt, ut, ubicumque aqua modo abstersa est, statim eodem loco ut gutta erumpat; qui sudores gradu norbi ultimo, sanguine mixti et malo sunt odore.

Quum primum frigus existit, vultus mutatur, facies urgore corruto decrescit, oculi collabuntur et tecti muco glutinoso fuscis fere annulis circumdati sunt, nasus acuus fit, oris lineamenta proprio modo fixa et hebetia, olor flavescens et caeruleus, labia livida sunt. Corpus uoque turgore corruto subito et celerius decrescit, quam t cibis deficientibus explicari possit.

Pulsus arteriarum primo frigoris impetu quam maxime parvi sunt, spirales, debiles, vix animadvertuntur, ceeres et accrescentes usque ad centum et quadraginta er sexagesimam horae partem, numquam duri, quod onnulli ratione non addita crediderunt.

Porro morbo aucto pulsus arteriarum magis magisque minores, debiliores, celeriores fiunt, ita ut tandem nonnisi leviter vibrent. Quo vero minores pulsus sunt, eo magis corporis animique vires prosternuntur; aegroti enim quam maxime infirmi fiunt, externis rebus non moventur, pigri sunt, ita ut res iis ipsis quam maxime necessariae eos non tangant vimque suam exerceant; attamen confusi aut prorsus mente capti non sunt, imo plane eius compotes. Omnes vero corporis motiones animique studio pigro exercent, extrema necessitate coacti. Si quis clara eos voce alloquitur, plane respondent, aut quod ab iis postulatur, faciunt.

Respiratio ab initio fere impedita est, contracta et celeris, arteriarum pulsuum respondens frequentiae; postea cum roncho mucoso ita ut aegrotus mucum in bronchiis quam maxime abundantem expectorare non possit. Aër efflatus sub morbi finem puris odorem prae se fert. Si deliria occurrunt, signa sunt stadiorum ultimorum neque phlebitidis nec pyaemiae, sed morborum cerebri ipsius secundariorum.

Nonnumquam fit, ut cerebri functiones usque ad ultimum vitae momentum lente quidem, sed quin mens capta sit, sese manifestent.

Lingua plerumque humida, turbida, albido muco obtecta est, postea vero arida, fusca fit, et rarius fuliginoso muco, quod in typho esse solet, tecta est.

Ciborum appetentia prorsus deest et ipse potus per quem aqua sudoribus amissa recipiatur, indolentia universali, qua aegrotus afficitur, non valde desideratur.

Alvi secretiones auctae non sunt et sub finem sponte excedunt; urina parva, livida et turbida est.

Sub finem morbi, ut in omnibus morbis dissolventibus, propensio existit transeundi in gangraenam; persaepe enim efficitur in osse coccygis decubitus aut in aliis locis.

Tandem morbo per plures dies producto symptomata adhuc oriuntur, quibus occulta organorum interiorum inflammatio, saepissime hepatis, pulmonum adesse coniici licet.

Pulmones si imprimis affecti sunt, respiratio adhuc magis impedita fit, sputa ferruginosa, aër respiratorius malo odore.

Auscultatione et percussione signa oedematis pulmonum imprimis lobi inferioris, et hepatisationis percipiuntur.

Si hepar corripitur, cutis flavido colore obtingitur, urina reactionem in bilem exercet et aegrotus profundo pressu doloribus obtusis in hepatis regione, paululum evata, afficitur.

Singulos vero saccos serosos correptos esse, ex obiectivis signis accumulationum aquosarum, ex tumore, ex signis singulorum organorum compressionis coniicitur et animadvertitur. Indolentia et stupor aegrotum impediunt, quominus de subiectivis affectionibus quidquam eferat; nam si puris resorptio ab ulcere exit, hoc nonunquam immutatum et purulentum manet; nonnumquam nitio magis aridum fit, quum, inflammatione provecta in asorum systemate, inflammationem a vulnere deducit. Vulgo vero inflammationem vulneris universa dissolutio

eiusque sequelae sequuntur. Membrum vulneratum oedematosum, inflammatum invenitur, musculorum intervalla magna copia tenuis purulentae aquae et ichorosae implentur, tela cellulosa in iis saepe gangraenosa reperitur; vulneris margines decidunt, loci cicatrice tecti dirimuntur; partes molles collabuntur, musculi et inter se et ab osse dissoluti, retrahuntur, ut in amputationis truncis e. g., quamquam ligatura quam accuratissime alligata est, os protrudatur. Nonnunquam crebri sanguinis fluxus aut ex parenchymate aut ex singulis majoribus vasis vulneris eam habent vim, ut aegroti mors acceleretur. Sanguis effluens tenuis, aquosus, niger neque ullam fere coagulationis propensionem ostendit.

Aetiologia.

Certum est deliberatumque signa, quorum supra iam mentionem fecimus, ex toxicatione sanguinis oriri, quae sequitur puris in sanguinem receptionem. Receptio igitur puris in sanguinem eiusque in diversis corporis partibus depositio a multis scriptoribus medicis demonstrata est. Qua autem ratione atque via ex locis purulentis in sanguinem perveniat, viri docti valde admodum inter se dissentiunt neque possumus, quin ad hoc quidem tempus aut huic aut illi hypothesi veritatem quandam ad liquidum exploratam attribuamus. Quarum sententiarum gravissimarum dissensionem paucis hicce componere in animo est.

Pristinis temporibus, quum in dissecanda inquirendaque cadavera animus minus intenderetur, mors deduce-

batur ex putrida quasi vulneris pravitate, quae totum corpus particeps redderet. (dissolutio Hunteri) Morbum inter localem et generalem investigare connexum omittebatur. Sectionibus cadaverum crebrius repetitis quum depositiones lobulares reperirentur, has pro morbo primario habere animus inclinabat, quasi quaedam tubercula, quae, dum febris hectica vim suam perniciosam exerceret, emollirentur; sed eo, quod tubercula talia in hominibus quam optima, ut videbatur, valetudine antea fruentibus inveniebantur, medici permoti erant ad inquirendum eorum nexum causalem cum vulnere. —

Primum igitur inter quaedam organa, e. g. inter cerebrum et iecur consensum aliquem esse putabant, ita quidem, ut exortam alterius organi inflammationem alterius simillima sequeretur. Qua ratione originem abscessuum hepatis post capitis vulnerationes exortorum, in quos primum animus inducebatur, explicari posse putabant.

Contra quam opinionem id loquebatur, quod tales metastases, quoad in aegrotis ipsis observare licuerat, neque ulla plerumque reactione inflammatoria prodibant neque in cadaveribus quidem plurimis in casibus reperiebantur. Quare derelinquebatur, quo magis theoria pathologiae solidaris humorali depellebatur neque nisi simplici modo pus a vulnere per vasa in telam organorum transferri arbitrabantur, in quibus sub forma abscessuum lobularium deponeretur.

Quod ut videretur verisimile, afferebant, id quod iam experientia constabat, scilicet in abscessibus, in empyemate etc. pus ex oculis elabi via resorptionis atque re-

sorptionem ipsam adesse exortis metastasibus eodem tempore, quo abscessus lobulares exorirentur, secretum illud purulentum diminui probabatur. Quam sententiam illud quoque tueri videbatur, quod tales abscessus celeriter et quidem sine certis inflammationis signis gignerentur, imo simplicissima erat atque arridebat opinio pus transferri in illis casibus, in quibus venae hiantes, ut ita dicam, reperiebantur, sicuti in sinibus durae matris, in venis ossium, quibus vis absorbens in vulnus purulentum attribui poterat. Qui quidem casus nil nisi exceptiones sunt; at haec explicandi ratio mere mechanica plerumque valde moderabatur eo, quod, ex quibus partibus pus consisteret, edocebatur, imprimis meliore corpusculorum purulentorum cognitione. Neque iam ab adversariis concedebatur corpuscula illa usque ad $\frac{1}{500}'''$ diametros accrescentia in vasa inviolata per endosmosin posse penetrare.

Ut autem theoria ipsa non esset derelinquenda, concedebatur quidem pus tametsi non in toto intraret, tamen penetrare solutum in moleculas suas, quae quum in interiorum vasorum partem venissent, loco metastaseos in formam quasi primariam redintegrarentur. Ad hoc tamquam commodum accedebat, quod cognita iam magnitudine puris cellularum putabatur propter ipsam magnitudinem in proximo reti capillari inhaerentes inflammationem provocare pus gignentem. Neque minori adiumento erat huic sententiae, quod inveniebantur in sanguine eorum, qui pyaemia mortui sunt, cellulae puris, cuius inventi vim in iis, quae sequuntur, admodum aestimabimus.

Ii, qui minus concedebant moleculas puris in san-
;uine restitui et reconciliari, hisce moleculis vim inesse
licebant in telam irritantem, per quam inflammatio ori-
etur quamque inflammationem sequeretur depositio. Utra-
ue sententia a mere metastatica eo iam differt, quod
nflammationem ad abscessus lobulares provocandos mul-
um valere statuitur. Ubi translatio puris directa aut
ius molecularum non videbatur probabilis, praesertim in
nterpretandis abscessibus hepatis post capitis vulnera,
ut ad pathologiam solidarem confugiebatur aut organon,
ı quo abscessus inveniebatur uno eodemque tempore
iolatum fuisse arbitrabantur, ex qua laesione pus ex-
rtum immediate deducebant.

Jam facile est intellectu has explicandi rationes ad de-
ionstrandum connexum inter abscessus metastaticos et sup-
urationem localem involvere hypotheses probando difficiles.

Quod adhuc desiderabatur medium, in phlebitide pus
arante inventum esse putabatur. Hancce phlebitidem
co vulnerato orientem et ad cor vergentem propagari,
rmare exsudationem purulentam in lumina vasorum et
ı sanguinem receptum pus partim qualitate aliena par-
m sua ipsius natura in proximo reti capillari deposi-
ones lobulares efficere dicebant.

Quae tunc nova theoria mox summopere laudabatur.
bservationes copiosae a Dance, Arnott, Cruveilhier,
landin, aliis institutae eam comprobabant neque minus
ctrinam haud quaquam adhuc satis illustratam, dico
scessus hepatis in vulneribus capitis observatos, pure
venis diploës reperto illustrare videbantur.

Non iam credebatur per endosmosin pus posse i vasa penetrare neque nisi noxium esse primumque ad esse in venis repertum agnoscebatur. Exortam deinde controversiam, num tunica vasorum communis inflammari possit, vix est, quam commemorem, si quidem nunc conceditur membranam illam et vasis et nervis carentem carere etiam inflammatione; inter ceteras autem telas venarum morbosum quodcunque blastema posse exsudare, quod undique latius sese extendens non ra perforare tunicam illam internam, emollire, solvere destruere potest. Intercedit hoc loco simillimum, quod in inflammatione membranarum serosarum observatur hoc modo discrimine, quod his stratum vasis caren minorem vim resistentem praebet et exsudato inflammatorio fundamenti, ut ita dicam, vasis abundantis facilius concedit penetrare, quam densior, levis venarum tunica (Henle.)

Omnibus pathologiae humoralis hucusque commemoratis sententiis hoc est commune, quod in iis dicunt pur sanguini admixto depositiones illas lobulares provocar talemque sanguinis compositionem effici, qualis in febribus typhosis et morte celeriter intrante sese manifestet

Omnes porro, quae attuli, opiniones inter se consensiunt eo, quod pus, ubicunque est, effectum non sit nisi perfecta inflammatione coniuncta cum sanguinis abundantia, stasi, exsudatione. Iam diu observationibu factis, quae cum notionibus vulgaribus non consentiebant ii, qui de puris effectione inquisitiones instituebant, ambigui erant. Cruveilhier, Dupuytren, Andral e

imprimis Rokitansky saepe cum in corde tum in venis maioribus, in arteriis pulmonalibus lobosas, cylindricas coagulationes fibrini inveniebant, quae fluidum turbidum, albidum continebant, quod pus esse censebant. In quo mirum erat, quod plurimis in casibus prope parietem vasis, quod pus secum ducebat, nulla inflammationis signa animadversa sunt neque quidquam inerat, nisi lenis coagulatio, qualis in cadaverum coagulationibus esse solet. De qua re mirum inter Dupuytren et Cruveilhier certamen ortum est; hic enim inflammationem invisibilem parietis vasorum caussam puris coagulationis esse existimavit, ille inflammationem lobi fibrini; uterque vero fallitur, quod inflammatio ante pus adsit opus esse opinatus est. Sed Dupuytren ad veritatem propius accessit, quod in sanguinis grumo pus effici contendit. Andral, qui idem hoc iam cognoverat, refert, quin explicationem et definitionem addat.

Rokitansky vero de ea re valde meritus est; primus enim accuratius describit, quo modo coagulata exsudatio, quae fibrinum continet, in pus immutetur.

Quodsi pus ex solido exsudato effici potest, quid impediat, quominus ipsum etiam ex coagulationibus intravascularibus oriatur? Chemice et morphologice tales coagulationes et fibrini exsudatum inter se non differunt quare non est, quidni in iis coagulationibus vasorum maiorum aeque ac in exsudato coagulato et in coagulata materia vasorum capillarium immutatio in pus propria efficiatur, si conditiones, quibus opus est, serosa pervasio et cohaesio cum organismo, datae sunt.

Ex quo tempore constat tumores atheromatosos in intima arteriarum tunica a fibrini eiectione ex sanguine fluente derivandos esse, occasio data est observandi hoc fibrinum inflammatione non effectum easdem commutationes pati, quas exsudatum fibrinum continens; resorbetur enim, in adipem commutatur, ossificatur et insigni Andral observatio de sex abscessibus, quorum magnitudo erat nucis ponticae, in arcu aortae inter tunicam intimam et fibrosam sine dubio eius purulentam immutationem demonstrat. Similis res est in fibrino sanguinis extravasati excreto.

Quae omnia hoc tempore satis nota sunt et demonstrant, quomodo pus in media coagulatione, ubi nulla phlebitidis signa inveniuntur neque in loco coagulationis ipsius neque in locis remotis, inesse possit. In quo neque opinione audaciori opus est inflammationis signa quasi leviora oculum effugere neque cum Cruveilhier censendum est pus a pariete venae aut cordis secretum mediam coagulationis partem persequi certis capillaritatis legibus usque ad hoc temporis ignotis.

Rokitansky existimat tales sanguinis grumos, simulatque orti sint, caussam phlebitidis esse posse, quaeque ex ea efficiantur, coniungi cum grumi materia. Nihil vero dicit, utrum grumus ipse venis non participibus in pus transire possit, necne, imo in eo venarum certam reactionem in grumum assumere videtur. Ne Julius Vogel quidem de hac re distinctam explicationem addit; Henle vero, quin quidquam ei dubium sit, pus ipsum nihilo adjutore propriam commutationem pati dicit

undemque processum in fibrino sanguinis extravasato ex-
tere posse existimat, in quo Gendrin consentit ea
ero conditione, ut ad hoc efficiendum inflammatione
artium mollium adiacentium opus sit.

Quanquam Carswell et Engel mutationem grumo-
um fibrinorum directam in pus contendunt, tamen, quum
um productum esse phlebitidis peractae putent, eorum
pinio nihilo discrepat ab opinione de hac re vulgari.
e nullam addit explicationem, huius vero argumenta
ifficientem persuadendi vim non habent. In ipso enim
umo argumenta non inveniuntur, quum eum a recenti
rino exsudato accurate discerni non posse iam dixe-
nus; neque grumi constructio plerumque concentrate
ervata quidquam argumenti nobis offert, quum ea coa-
ilato fibrino omnino propria sit; quare nihil restat nisi
narum ipsarum commutationes. Etsi Engel eas saepe
orsus deesse concedit, tamen, quum ex ipsa rei na-
ra sequitur, ut inflammationem omnino deesse conclu-
t, cum Cruveilhier contendit inflammationem iam antea
uisse et cum secretione eius producti in venae lumen
morem ruborumque parietis venae cessisse. Sed in-
ligi non licet, quali mechanismo e. g. inflammatio ve-
e iliacae totum exsudatum ut grumum explentem in
nae partem interiorem ponere possit, quum in proprio
rmationis loco intra parietis series ne ullum quidem
stigium relinquatur, eoque magis, quod tales exsuda-
nes intra parietis series maxima soliditate esse sem-
r in venis varicosis observari potest.

Quare sine dubio concedendum est quum coagulatio nes et in arteriis et in venis effectas sine inflammation ex sanguine fluente gigni, tum propriam in pus immuta tionem pati posse.

His igitur demonstratis, quaeritur, quibus condition bus sanguinis fibrinum omnino coaguletur quaeque mo menta coagulationem adiuvent.

In quo Thiersch sequimur, qui dicit:

„Es ist bekannt, dass das Blut ausserhalb des Orga nismus seinen Faserstoff ausscheidet, so wie wenn e im Gewebe oder Höhlen extravasirt, aus der Circu lation tritt. Beim Blute innerhalb des Organismus i es daher der Mangel an Bewegung, welcher de Gerinnung vorangeht. Ausserhalb gerinnt es auch b der heftigsten Bewegung. Neben der Ruhe muss da her wohl noch ein anderes Moment der Gerinnung z Grunde liegen, welches bis jetzt unbekannt ist. Vo Allem bleiben uns als begünstigende Momente Still stand, resp. Verlangsamung des Blutstromes, Zutri der Luft und allgemeine Schwäche. Der Zutritt de Luft kann befördernd einwirken in der Lunge, so wi auf frischen, granulirenden Wundflächen. Beide ste len ein blosliegendes Capillarnetz dar, welches de Luft zugänglich ist und einen Austausch der Gase nach den Gesetzen der Diffusion gestattet. Bei de Lunge ist dieser Vorgang hinlänglich bekannt, be Wundflächen blieb er bis jetzt unberücksichtigt. S viel ist vorläufig gewiss, dass diese beiden Stellen di Angriffspunkte des athmosphärischen Einflusses bilde

und derselbe bei dem häufigen Vorkommen lobulärer Ablagerungen in den Lungen, so wie bei den Veränderungen der Wundoberfläche beachtet werden muss. — Die Verlangsamung des Blutstromes, insofern sie die Gerinnung bedingen soll, kann von den verschiedensten Hindernissen der Circulation herrühren. Eine allgemeine Verlangsamung wird eintreten bei gewissen Anomalien des Herzmechanismus, im Froststadium des Fieberparoxismus, wobei der Herzschlag äusserst schwach, die Pulse verschwindend werden, bei allgemeiner Schwäche nach erschöpfenden Krankheiten, nach übermässiger Geburtsarbeit. Eine örtliche Verlangsamung wird sich einstellen bei atheromatöser Unebenheit, Erweiterung der Arterien und Verlust ihrer Elasticität, bei theilweiser Unwegsamkeit eines Theiles des Capillarnetzes, bei Verengerung, Verschliessung der Venenstämme und wenn der entzündlichen Productbildung eine durch die Nerven vermittelte Erweiterung der Capillaren vorangeht."

Quamvis igitur secundum Thiersch ex illis caussis [co]agulatio originem ducere non possit solis, sed aliud [cu]m illis coniunctum esse debeat, tamen, quamvis haec [e]xplicandi ratio sibi ipsi non placuerit, illa mo[m]enta ritinenda esse existimamus, donec maiores feci[m]us progressus cognoscendarum causarum, qui efficiunt, [u]t fibrinum mox facilius, mox difficilius coaguletur et ex [sa]nguine discernatur.

Caussis igitur coagulationis fibrini, usque ad hoc tem[p]oris notis, expositis non inutile mihi esse videtur, brevi

effectus, quos et localiter et in totum organismum pr
vocare possunt, ante oculos nobis poni. Quamquam en
coagulationis vim, quam habet in vasorum capillariu
parietem, nondum cognoscimus, tamen, quam in mai
rum venarum parietes exercet, plane nobis nota e
Grumus enim primum contrahitur, ita ut partes aquos
exprimantur, eoque modo rubida, serosa reactionis a
in circuitu accumulationum lobularium, explicanda e
Porro grumus organisatur, cum venarum pariete c
crescit; si vero purulenta existit liquefactio, saepe sy
ptomata phlebitidis characteristica inveniuntur; ubi v
mutatio tunicae venarum deest, coagulatio ipsa lubrica e
livida eiusque fines rubri. In qua pus, si adest, in s
nuoso canali centrali grumi ipsius inclusum est; ven
vero, signa inflammatoria, ubi exstiterunt, plerumque f
niculo quodam solido, livido completae erant. Qui fu
culus ex parte solidus, ex parte in leve, purulentu
fluidum immutatus producitur in influentes parvas ven
perque eas plerumque persequi potest usque ad ulcer
capillaritatem. Secundum Henle facillime explicatur
soliditas funiculi fibrini eo, quod venae nutriciae et v
nae ex partibus integris exeuntes uno tenore sanguinem
etiamsi non perfecte, intra grumum et parietem effu
dunt eoque modo ad grumum augendum et tinguendu
ex parte valent. Impedita enim ipsa venae nutriciae e
fusio phlebitidis causa est; quare grumi effectus in ma
joribus venis multis in casibus phlebitis est secundaria

Si igitur quaerimus, quamnam vim illa supra expo
sita et inflammatae et non inflammatae venae in organis

num, imprimis in totum sanguinem exerceat, multae no-
bis sententiae occurrunt saepe plane inter se diversae,
quarum, quae nobis maxime placent, enumerabimus.

Ante omnia Cruveilhier sequestrationem puris ve-
narum ex hoc effici posse censet, et quidem ita, ut ubi
exsudatio inflammationis in venae partem internam in-
ravit, supra aut infra sanguis coagulatus impediat, quo-
minus pus in circulationem ineat. Tali modo maligna
pyaemiae signa, febrem et infarctus metastaticos, retineri
existimabat eaque omnia intrare non posse, nisi grumus
sequestrans ullo modo perierit.

Jam supra exposuimus, quid de coagulatione sangui-
nis ex puris contactu existimandum sit nec minus de
auxilio, quod grumus praebere dicatur; grumum enim
etiamsi puris partes solidas retinet, partes fluidae ut fil-
trum penetrant, id quod Thiersch observatione confir-
matur, qui saepe juxta phlebitidem plane sequestratam
pyaemiam perfectam et accumulationes lobulares invenit.
Et hae ipsae accumulationes imprimis sequelae sequestra-
tionis sublatae esse dicuntur; pus enim venae productum
in proximo reti capillari retineri fertur et Henle grumi
etiam partes fibrinosas desquamatas simili modo se ha-
bere posse nuper docuit.

Quarum sententiarum prima eo nititur, quod puris
cellulae in sanguine pyaemico inveniuntur quodque pure
in venas iniecto similes existunt depositiones. Cui re
Henle impugnat, quum fieri non posse, ut quis puris
cellulas a corpusculis sanguinis colore carentibus discer-
nat, censeat. Eo quoque, quod in sanguine corpuscula

lymphatica insunt, quorum volumen puris cellulis non ce dit quaeque nullam tamen stasin procreant, illam hypo thesin non approbandam esse colligere licet.

Quare ne theoria prorsus collaberetur, ad puris cellu larum et grumorum fibrini qualitatem irritantem redeun dum erat. His quidem numquam talis qualitas attribu erat, illis vero et puris plasmati eam propriam esse nu quoque multis persuasum est. Sed si consideramus pu ris cellulam respiciendam esse formam organicam et pu ris plasma aeque fere ac sanguinis se habere et pus ulceris superficiem nullam vim irritantem exercere, co cedatur necesse est, circulationi ipsius talem vim noxiam qualis in pyaemia se ostendit, attribuendam non esse.

Quare quum qualitates nec puris nec fibrini postesta tem nobis dent contendendi accumulationes lobulares e demanare, quod in circulationem illa penetrant, alia ra tione earum origo inquirenda et explicanda est.

Nonnumquam, quin aliquid antecedat, nonnumquam cum prodromis initio pyaemiae vehemens frigus existit Priusquum enim haec horripilatio sese manifestet, neque semper ulcus periculosius fit neque signa phlebitidis sem per adsunt. Semper vero mutatio in ichorem clara est quae post primum illum impetum existit, et praeter eam adauctio tumoris, recens igitur exsudatio. Tum primum nonnullis in casibus venae maiores ut funiculi sentiend sunt, et dolori ficae, quo facto mors brevi sequitur cum signis longe provectae sanguinis dissolutionis.

Ut igitur commutatio in ichorem ante febris impetum existat, nihil evidentius existimare licet, quam ichore i

anguinem se effundente illam commutationem effici. Uni-
ersales rationes pathologicas, quibus illa res nititur,
numerare mihi non necessarium esse videtur, quum,
uae in cadaverum sectionibus inventa sunt, illa senten-
a comprobatur. Ita exempli causa Thiersch dicit:
anguinis qualitas tenue fluens, dissoluta, emollities te-
ıe plurimorum organorum, quin etiam uno in casu icho-
s odor sanguinis ex vena subclavia, qui a multis, qui
derant, animadversus erat, et icterus saepius insistens,
uin bilis execretio impediatur, demonstrant, vulne-
s secreti dissolutionem in totum sanguinem sese effun-
ere. Hic igitur ichoris transitus in sanguinem eo faci-
us efficitur, quo celerius et perfectius exsudati paren-
ıymatosi liquefactio fit, quoque minus in liquefactionis
rcuitu nova solida exsudatio gignitur. Eam vero ob
ussam pyaemia tam saepe telae subcutaneae post
eudoerysipelas animadvertitur, quia tum gangraenosum
sano nulla exsudati massa diremtum est vasaque per-
ulta capillaria ipso ichore tincta sunt; eamque ipsam
caussam raro pyaemia existit, si chronica ulcera, quo-
m superficies a cetera organismi parte massa telae
ncretae solidae forti discreta est, in statum ichorosum
anseunt. Sanguinis quoque fluxus, qui in pyaemia in
lceris superficie existunt, ex coagulati exsudati et gru-
orum extra vasculorum liquefactione explicari possunt
que minus eodem modo intelligere licet, quod exsudatio
astica et grumi formatio prorsus deest. Si transitu in
norem longius provecto grumi quoque maiorum vena-
m collabuntur haecque materia in ichorem transacta

nullo medio interiecto omni cum vi sanguini fluenti admi cetur, celeriter summus ichoris veneficationis gradus eff citur, quo facto fieri potest, ut exsudata eodem, q oriuntur, momento jam ichore mixta sint.

Quibus demonstratis restat, ut de grumi formatione venis et de accumulationibus lobulosis quaedam dica

Ex eo igitur, quod pus et ichor cum sanguine ta gitur, deduci non potest, attamen frigoris stadium, qu nonnumquam unam et dimidiam horam perdurat, ea efficere posse videtur. In frigore enim sanguinis flux deminutus et una refluxus in venas, quam rem Thiers aliique momentum sanguinis coagulationum efficiendaru esse sibi persuasum habent, eaque sententia cum obse vationibus in aegrotis institutis congruit, quum tum funiculo similis venarum maiorum non existit, nisi fr goribus plerumque pluribus antecessis. Serius tales cir culationis turbationes sequentes febrem illam perniciosa in interioribus etiam partibus accedunt et nisi iam sa guinis vis coagulandi putridae venenationi prorsus cessi stases capillares et coagulationes cum secundariis com mutationibus prodeunt.

